

TRACTATUS  
DE MAIORIBVS,  
RERVMQVE CAPITALIVM  
Episcoporum causis ad Papam  
deferendis,

*Et Romanae Sedis origine, atq; auctoritate.*

Authore

REVERENDISS. LÆLIO IORDANO  
EPISCOPO ACERNENSI,

Iureconsulto Romano præclarissimo,  
*Et olim in primis scholis Romani Gymnasij ex ordine  
Iuris Ciuilis acutissimo Interprete.*

Cum rerum summis, & Indice copiosissimo.



Num. . . 5 . .

Cap. . . 2 . .

Num. . . 3 . .

VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum,  
M D L X X I I.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM



PIO V. PONT.

OPT. MAX.



OGITAVI sæpè ego quidem, valdeq; etiam optavi; Pie V. Pont. Opt. Max. perpetuum aliquod non leue admodum meæ in Beatitudinem tuam obseruantia, & voluntatis testimonium, ac pignus, expressumq; exemplum dare; sed imbecilles, infirmasq; vires meas, atque infimum statum, cum summo gradu, meritisq; tuis comparans, & veluti aurificis statera perpendens, quicquid à me proficisci vnquã posset, id totum videri indignum, quod ad maiestatem, & conspectum tuum adiret, à me hoc cõsilio, & cupiditate, & quasi animi impetu auocatus, atq; in dies aliquam altius euolandi, & summa ista dignitate tua idoneam expectans occasionem consequi, hætenus sum omnino deterritus. Te enim Pater Beatissime ab ipso

-101bs

a 2 incun-

DE MAIORIBVS,  
RERVMQ. CAPITALIVM

Episcoporum causis ad Papam  
deferendis,

Et Romanę Sedis origine, atq; autoritate, liber;  
in quo omnia, quę ad hanc materiam  
pertinent, tractantur.

*Authore LAELIO FORDANO Rom. Jureconsulto  
in primis scholis Romani Gymnasij ex ordine  
Juris Ciu. Interprete.*

P R Œ F A T I O.



Um multę res in morali, & Christiana philoso-  
phia, nequaquam satis adhuc explicata viden-  
tur, tum per difficilis & obscura, minimeque  
omnibus obuia iudicatur disceptatio. De ma-  
ioribus (quas vocant) causis, & capitalium re-  
rum Episcoporum ad Romanum Pontificem  
deferendis, & origine atq; autoritate Sanctę Romanę Sedis  
Apostolicę. Quę sanę quęstiones ad Pontificiam dignitatem,  
ac maiestatem conseruandam, & ad moderandam Religionem  
sunt admodum necessarię. Quia verò de eis tam varię sunt Do-  
ctissimorum hominum, ac præsertim recentioris etiam Iurecõ-  
sultorum, atq; interpretum nationis, tamquam inter se discre-  
pantes sententię, vt non minori omnino negotio multis rem  
procul intuētibus videatur posse veteres iam vsq; à Moysis du-  
ctas temporibus, easque & Apostolorum, & piorum omnium  
hominum, atque adeò Ethnicorum quorundam, ne dum sum-  
morum Pontificum, & Conciliorum firmatas consensu senten-  
tias defendi, quò facilius id, quod institui, ac demonstrandum  
suscepi à quoq; probetur, quod cuiq; maximè existimetur pro-  
abile.